Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



33

ra pascua. languet defectu uirtutum quia indulsit
pestiferis. torquet adtractu morborum. Adulta ul
cera & illisa uulnera putrescendo perorata. cito
trahunt eam ad mortem. Lupi iam gustato eius
sanguine. exspectantes abiciendam in insidiis la
tent. inimicus eius tamquam leo rugiens circum
quirens eam ut deuoret. Pastor fidelis conuerte
oculos tuos ad eam. & recognosce commissam.
Si enim errauit. tamen dnm & pastorem non negauit.
Inspice in faciem eius. & aduerte signum dni tui & eius.
Si subtanto squalore non agnoscis faciem lotam
& candidatam in fonte xpi. agnosce uocem confessi
onis subnoxie xpi. qui ter interrogans utrum
eum amares. ter confitenti dixit. pasce oues
meas. Certe amator es ouis. quam ante commendationem
sic discutit amorem pastoris. En es fiteris te amatorem
eius. & hoc confitetur se ouem eius. Cui quod
spernis ouem pastor eius. Petre pastor xpi. re
collige ouem xpi. Dns tuus imposuit in hume
ros suos gaudens quesitam & inuentam. ne repel
las redeuntem & supplicantem. Dns emit eam